

Augustin Balthasar von

**Programma, Quo Augustinus Balthasar, J. U. D. & Professor Ordin. Facultat.  
Jurid. H. T. Decanus, Ad ... Domini Joachimi Gotthilff Sparmanni ...  
Disputationem Inauguralem, De Prærogativa Juris Germanici, præ Jure Romano,  
in Materia Pactorum Dotalium, Anno MDCCXXXIX. Die V. Novembris, In Auditorio  
Majori ... Invitat : Simulqve In Recensendis Vitis Jureconsultorum  
Gryphiswaldensium, Qvi Ab Initio Fundatæ Academiæ Floruerunt, Pergit**

Gryphiswaldiæ: Stanno Struckiano, [1739]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn877018502>

Druck Freier  Zugang







N. N. — 2 (137.)



1. Handwritten des jüdischen Cammergerichts, der unter dem Namen Collectorum historiae et juris patrii veltiane des Prof. G. Pfeiffer.
2. Handwritten des Prof. G. Pfeiffer, unter dem Namen Collectorum historiae et juris patrii. Handwritten
3. Fidei, gestalt bey der Abschied des Grafen von Putbus, nun Balthasar.
4. Die Mittel u. Urprung der Balthasar im der Archidamus so min vungtin die die farsum der Balthasar unterfland. nun Balthasar.
5. Handwritten die in der Thigandine und vudand viltion Handwritten, vulten zu Handwritten der Archidamus gestalt.
6. Balthasar, de legato.
7. Balthasar, de eo, quod justum est circa mystias
8. Balthasar, program ad Haselberg disputat: de contractibus et act. honesti fidei et Ho. juris.
9. Balthasar progr. ad Starmann disput. de praerogativa juris germanici praesure romano, in materia pactorum dotalium.
10. Balthasar progr. ad Fischer diss. de pecunia asseruatiouis in contractu locatiouis cond. solute, eiusque in Concursu Crediti iure.
11. Balthasar progr. ad Hen diss. de usufructu paterno in fidei familiarum familias.
12. Balthasar progr. ad Rudol. diss. de indole genuinae simultaneae I. Germ. investiturae cum longobardica collatae.
13. Balthasar progr. ad Hess diss. de iure principis circa baptismum.
14. Balthasar progr. ad Balthasar diss. de iure peregrinorum singulari in processum.
15. Balthasar progr. ad ab Joen diss. de vi matrimonii consummati.
16. Balthasar progr. ad Schomer diss. de libris s. matriculis ecclesiasticis et c.



17. Balthasar, progr. ad diss. Heybergii, de iure usus in censuris  
su creditorum J. Libenig. in eadem classe integre adjudicandis.
18. Balthasar progr. ad diss. de Paltenii, de favore depositi.
19. Balthasar progr. ad diss. Meyeri, de remissione in mercedis  
in locatione praediorum rusticorum abingens damnum ex  
huc pecuniarum conductori contingens.
20. Balthasar progr. ad diss. ~~Philippi~~ Schuffelii, de successione  
ab intest. ex par. Libenig.
21. Balthasar, progr. ad diss. Balthasari, de origine fluminum  
in genere, praecipue ablatum in pomerania horumque in  
Dole.
22. Balthasar, de poena adulterii.
23. Westphal et Balthasar de serenissimorum ducum pomeraniae  
meritis in rem literariam.
24. Balthasar de intellectus facultatibus ad voluntatem Dei spi-  
ritus sancti ductu componendis.
25. Balthasar, de voluntate aut Angelorum sanctitatem.
26. Balthasar, de justificatione non physica sed poenali ad  
dictum functionis Christi pie celebrandum.
27. Balthasar de chetificatione spiritali.
28. Balthasar de diebus gentium tutelariibus ex antiquitate quae-  
dam.
29. Balthasar en. et quatenus illud restauratae humanae  
salutis medium ratione investigari possit.
30. Balthasar, de locis religiosis.
31. Balthasar, de linguae usu et abusu morali.
32. Balthasar, progr. ad Christum archangelum in creati  
michaelis.



9 2

PROGRAMMA,  
QUO  
AUGUSTINUS BALTHASAR,  
J. U. D. & PROFESSOR ORDIN.  
FACULTAT. JURID. H. T. DECANUS,  
AD  
PRÆNOBILISSIMI, ATQVE DOCTISSIMI,  
DOMINI  
JOACHIMI GOTTHILFF  
SPARMANNI,  
BUCHHOLTZA-MEGAPOL. J. U. CANDIDATI,  
DISPUTATIONEM INAUGURALEM,  
DE  
*Prærogativa Juris Germanici, præ Jure  
Romano, in Materia Pactorum Dotalium,*  
ANNO MDCCXXXIX. DIE V. NOVEMBRIS,  
IN AUDITORIO MAJORI  
B. C. D. VENTILANDAM,  
MAGNIFICUM DOMINUM RECTOREM,  
OMNIUMQUE COLLEGIORUM PROCERES,  
ITEMQUE  
ILLUSTREM, GENEROSAM, NOBILISSIMAMQUE  
STUDIOSÆ JUVENTUTIS CORONAM,  
EA, QVA DECEAT HUMANITATE, OFFICIOSE INVITAT,  
SIMULQUE  
IN RECENSENDIS  
VITIS JURECONSULTORUM GRYPHISWALDENSIUM,  
QVI AB INITIO FUNDATÆ ACADEMIÆ FLORUERUNT,  
PERGIT.

---

GRYPHISWALDIÆ, STANNO STRUCKIANO.



PROGRAMMA  
AUGUSTINI BALTHEASAR  
PRÆNOBILISSIMI, ATQUE DOCTISSIMI  
D. O. M. N. I.  
JOACHIMI GOTTLIEFF  
SPARMANNI  
BUCHHOLTZA MEGALOPOLITANI CANDIDATI  
DISPUTATIONEM IN ANAGURALEM  
PNEUMATICAM  
ANNO MDCCXXXIX JULII V. NOVEMBRIS  
IN THEATRO MAJORI  
MAGNIFICENTISSIMO DOMINI MICHAELIS  
OMNIMODIS COLLEGIORUM SOCIETATIS  
ILLUSTRISSIMAE UNIVERSITATIS  
STRELSINGENSIS  
IN RECTORIIIS  
HIS JOACHIMI GOTTLIEFF SPARMANNI  
D. O. M. N. I.  
P. R. O. P. O. S. I. T. I. O.  
GOTTLIEFF SPARMANNI





Biennium est, & quod excurrit, quod primo sub Decanatu meo, consilium ceperim, in Programmatis invitatoriis, quæ Disputationibus inauguralibus Candidatorum præmitti moris est, *Vitas 7ctorum Gryphiswaldensium* succincte delineare. Alea quoque fuit iacta, initiumque factum in recensione Vitæ factorumque HENRICI RUBENOVII; (\*) Cumque hoc instituto apud non nullos

† 2

gra-

(\*) Cum in vita Rubenoviana quædam ob documentorum penuriam memoriæ fuerint elapsa, quænam, præter omnem intentionem, ut in iis, quorum memoria vetustate abiit, contingere solet, irrepserint, de quorum fide postea melius edoctus, jam B. L. de iis certiore facere, haud abs re esse duxi.

Pag. 6. lin. 9. post 1456. add. *cum ipso inaugurationis Academiæ die, (scil. Galli, qui non est 16. sed 19. dies Octobr., ut pote Dominica die post Festum divorum Martirum Galli & Lulli. v. BUGENHAGII Chron Pom p. 165.) ab Episcopo, ut Cancellario, licentiam in publico ad recipiendum doctoralia insignia, in 7. Canon. quod tum primas ubique partes agebat, receperat [i. e. in Licentiatum fuerit promotus]*

lin. 13. post verb. *Rubenovius noster:* add. *Quo facto mox Decanatus officium in facultate sua in se suscepit, & sub initio sequentis an. 1457. post festum trium Regum, quatuor in iure Baccalaureos creavit, scil. KANUTUM CORSANUM, Ordinis St. Johannis Hierosolimitani de Dacia, in 7. Canon. ERASMUM VOLRET, de Grypeswold, Plebanum Mariæ Virginis ibidem; similiter JACOBUM KAMP, de Uzedum, similiter GERVINUM ROENNENEGARVE, de Sundis. In examine socios habuit CONR. LOESTEN & HENR. ZANKENSTED, LL. DD.*

p. 7. lin. 13. post verb. *solennem,* add. *dum HERMAN SCHLUPWACHTERUM Gryph. in Doctorem juris creaverit. v. Annal. Acad. L. I. p. 4. & 5.*

lin. 34. pro: *traditorie lege: proditorie.*

lin. 37. post v. *quæ hodie est domus.* adde: *Magistri scripturæ, J. Tabularii, (des Buchhalters) versus domum*

p. 10. lin. 9. post verb. *nec non in.* add. *pila aciali, prope aditum Chori Templi Mariani, versus regionem australem, cui ferreis catenis appensum affixumque hæret, præterea in*



gratiam me iniisse, publicis privatisque scriptis certior factus sim, tantum abest, ut nonnullorum malevolorum forsân indignationem curem, eaque a proposito meo me divelli patiar, quin potius animum torpentem excitaverit, alacriori studio cœptum persequi. Quam ob rem in proseguenda serie Professorum juris, qui tempore foundationis Academiæ nostræ floruerunt, quatenus eorum memoria vetustate non consumpta, jam ero occupatus. Sequitur itaque in ordine

## II. CONRADUS LOESTE, *alias LOST, s. LEIST, dictus.*

**H**ic in albo Civium Academicorum nomen professus legitur primo mox anno foundationis 1456. Cantor ibidem dicitur Sverinensis & Canonicus Lubecensis. Rostochio eum huc advenisse, me olim legisse, memoriæ obversatur. Nec etiam, cum in nova hac nostrâ Academia Doctor juris nondum adesset, qui aliis hunc gradum conferre potuisset, a vëro videtur admodum absimile, nostrum e vicina Academia Rosarum, eum in finem fuisse vocatum, ut RUBENOVIO, quod & altero post introductionem privilegii die factum esse, ex huius vitæ jam constat, summos in Jur. Canon. conferret doctorales honores. Dubitavi equidem non immerito, num inter Professores Academiæ nostræ ordinarios unquam sit receptus? & si factum, animum perpetuo hic locorum commorandi, habuerit? Cum in Annalibus Academicis parcissime, & si discedam ab actu promotionis Robenovianæ, & alterius, mox initio sequentis anni 1457. post festum trium regum contingentis, quo Decano Rubenovio examini quatuor in jure Baccalaureorum creandorum interfuit, vid. *notam pag. preced.* vix ejus fiat mentio. Eodem quoque adhuc anno 1457. Rubenovio, qui ob seditionem excitatam per tres menses Sundium recesserat, revertente, cum expulsionis ejus conscius haberetur, profugit, ut supra sub *vita RUBENOVII b. a.* jam observavimus, & dubio procul Rostochium iterum se recepit,



pit, dum postea ad Præsulatum Sverinensem eum evectum fuisse, notatum inveni. Inter Professores interim Gryphicos, a primo tempore fundationis adscitos, eum refert CRAMERUS in Chron. Pomer. Eccles. Lib. II. cap. 42.

### III. HENRICUS BUCOVIVS, Senior.

#### *Gryphiswaldensis.*

In ipso solenni ritu inaugurationis Academiae cum toto Clero Gryphiswaldensi eum fuisse præsentem *Annales Acad. Lib. I. p. 1. & 181. it. L. II. p. 1.* testantur, ubi simul in numerum Professorum coopatus fuit. teste CRAMERO *c. l. (\*)* Albo quoque Civium Acad. ao. 1456. jam tum nomen professus, & cum sequenti anno Ecclesia S. Nicolai in Collegiatam eveheretur, numerum auxit Canonicorum, dum Præpositi officium ipsi fuerit collatum. Quo tempore vero, & num hic, num alibi, gradum quæsi verit doctoralem, non constat. Mox quoque ao. 1457. in festo b. Philippi & Jacobi dignitas Rectoralis ad ipsum fuit delata, at propter favorem amicorum suorum, quia fuit natus hic de loco & ordinarius etiam loci, ut ex verbis *Annal. Lib. I. pag. 9.* videre licet. Hoc suo sub Rectoratu die Dominica Trinitatis erecta est ecclesia collegiata. v. *An. c. l. p. 20.* & eodem die noster Academiae donavit domum acialem in platea Fagi, cum omnibus annexis casis; (\*\*) & anno seqv. dedit unum bonum *Kaldarium*, (einen Kessel oder Schmelz-Tiegel) de cupro, in valore 2. flor., Facultati artium. v. *Annal. lib. I. p. 18.* Post interfectionem quoque Rubenovii ao. 1463. denuo fasces

† 3

Acade-

(\*) Eum non fuisse Professore, licet bis in Rectorem electus, ex *Annalibus Academ.* colligere licet.

(\*\*) Hæc est domus quam jam inhabitat Dn. Mag. BARTHOL JORDAN, Adjunctus Facult. Philos. & Familiæ Trendelenburgiæ, hic patritiæ, propria, quæ tamen domus, collapsa post aliquot temporum interval<sup>la</sup> in Academia, Principum habitationi, quando ad tempus hic commorari ipsis placuerit, inservit, vti ex vetustis monumentis istarum ædium apparet.



Academici ad ipsum sunt delati. v. *Annal. lib. I. p. 38.* & GERSCHOVIUM *supr. cit. ad h. a.*

IV. GEORGIUS GVALTERUS,  
f. WALTERUS, alias FECIUS.  
*Borussus, f. de Prussia.*

Ipsa inaugurationis Acad. anno 1456. in albo Civium Academicorum, ut Decretorum D. fuit inscriptus, quanquam ipsi inaugurationis Acad. actui eum adfuisse non apparet. Canonicus fuit Gryphiswaldensis, v. *Annal. Acad. Lib. I. p. 40. L. II. pag. 20. vs.* & Plebanus in Treptow. Simulque inter primos hujus Acad. Professores juris eum fuisse assumptum, refert CRAMER. *c. l.* Quo anno & ubi locorum in Doctorem vel Magistrum sit promotus, non constat, Facult. Jurid. deinde factus ordinarius. Rectoratum Academiae sustinuit a 1459. 66. 73. & 75. v. *Annal. Acad. cit. loc.* Sub Rectoratu Henr. Nacken, ao. 1460, Gvalterus una & Slupwachterus emerunt domum acialem P. Reper, apud S. Nicolbum. (\*) Ad litem istam, de jure succedendi in Ducatum Sedinensem, post obitum OTTONIS III. ab a. 1464. per integrum octennium Pomeranos inter & Brandenburgicos agitatum, sopiendam, Princeps Pom. ao. 1471. hunc Walterum cum Slupwachtero, Perlebergio & Jereslav Bernekow Ratisbonam in aulam Caesaream ut & Polonicam & conventus publicos cum Marchicis pacificatorios ablegavit; qua de re conferenda *Chronica MSCt. de Ducatibus Stetinensi & Pomeraniae, gestorum inter Marchiones Brandenburgenses & Duces Stetineses*, ubi exhibentur articuli a Legatis Principum Pomeraniae, pro parte horum oblatis. (\*\*) it. BUGENHAGIUS in *Chr. Pom. lib. III. n. 21. p. 172.* tamque mascule atque egregie ubique causam Principum suorum perorarunt, magnamque famam sibi ac genti suae apud exteros conciliarunt, ut & adversarios, stupore quasi percussos, in haec eru-

(\*) Est haec ipsa domus quam ego, per Dei gratiam, jam inhabito. O Dii patrii! Servate domum, servate nepotes.

(\*\*) Utriusque scripti nostrum cum sociis suis auctorem fuisse, conjicio.



erupisse verba, vulgo feratur: Welcher Teuffel hat denn die  
 Pommeren so flug gemacht; unde etiam in nostram Academiam  
 multum gloriæ redundavit, ut & de ea, tanquam optimo-  
 rum ingeniorum genitrice fertilissima, EICKSTEDIUS in  
*Vita PHILIPPI I.* quod in suo exordio magnum Pomeraniæ  
 in luctuosissimo hocce dissidio præsidium attulerit, gloriatur.  
 Obiit tandem noster *Walterus* durante Reſtoratu a. 1475. se-  
 quenti die post Joh. & Paulum, cum multum proficuus fuerit  
 Universitati, & solenne Testamentum fecerit, in quo donavit  
 Facultati juridicæ omnes suos libros, ut verbis utar *Annalium*  
*Acad. lib. I. p. 48. & lib. II. p. 37.*

De scriptis ejus, si quæ extiterunt, invidia temporum nil  
 ad nostra tempora transmitti voluit, nisi quod unicum ejus  
*Consilium*, a Collega ipsius GERW. RONNEGARVE subscriptum,  
 in causa Ecclesiarum Wismariensium, contra Capitulum Ecclesie Ratze-  
 burgensis, insertum deprehendatur *Consiliis JCoorum Germanie*  
*Tom. I. Conf. 38. fol. 458 Conf. das Rostockſche Erwas de*  
*ao. 1737. pag. 199.*

## V. HERMANNUS SLUPWACHTERUS.

*Gryphiswaldensis.*

Hic Ecclesie Camminensis fuit Thesaurarius, eumque non  
 tantum in ipso actu inaugurationis Acad. præsentem fu-  
 iſſe, docent *Annal. Acad. L. I. p. 1.* sed & ordini civium ac nu-  
 mero Professorum fuit associatus. Ipso die inaugurationis una  
 cum Rubenovio aliisque ab Episcopo Camminensi accepit li-  
 centiam in publico ad recipiendum doctoralia insignia, quæ  
 altero etiam die ipsi, & Rubenovio, Promotore CONRADO  
 LEEST sunt collata. *v. Annal. L. I. p. 4.* Non itaque hic noster  
 confundendus cum eo, quem Michael Gerschov in suo Ca-  
 talogo Promotorum n. 7 a. 1459. in juris D. promotum ex-  
 hibet. Sequenti anno erectæ Ecclesie Collegiæ factus est De-  
 canus, & post Ecclesiarum Parochialium in Sundis Plebanus.  
*v. Annal. Acad. L. I. p. 40.* In munere Reſtoratus successit Wal-  
 thero



thero ao. 1458. quod denuo ad eum pervenit 1463. nec non 1471. In Legationibus ad exteras aulas, Waltero, ut antea jam monui, strenuus extitit comes. Multa ex suo in conservatio- nem noviter erectæ Academiæ impendit. v. PALTHENII *Disp. de Eccles. collegiata St. Nicolai. Gryph. S. 26. n. o.*

## VI. IOH. PERLEBERG.

*f. PARLEBERG de Sundis.*

**U**t Artium Magister ao. 1456. in albo Acad. nomen suum fuit professus, eoque anno, circa carnis priyum, quatuor Bac- calaureandi in artibus adessent, examinantis partes ibidem cum Rubenovio implevit. Ao. 1457. Baccalaureus in iure ca- non. creatus. v. *Annal. Lib. I. p. 9.* Deinde Licentistus Decre- torum in eisdem ordinarius, & evedæ ecclesiæ St. Nicolaitanæ in collegiaram factus Canonicus. v. *Annal. L. I. p. 40. & L. II. p. 20.* & deinceps Præpositus; Ecclesiæ Camminensis Syndicus; Fa- cultatis jurid. ordinarius; & Academiæ Sub-Conservator fuit dictus. v. *Annal. L. I. p. 48. & L. II. p. 44.* Rectoratus munus susti- nuit ao. 1464. 72. & 76. & hoc tempore Rectoratus sui resi- gnavit lecturam ordinariam, quia involutus pluribus negotiis ex parte Præposituræ suæ, & successit ipsi Joh. Brugge de Wis- maria, qui eidem etiam successit in hoc suo Rectoratu. v. *An- nal. L. I. p. 51.* Quarta vice Rectoratum gessit ao. 1478 & quin- ta ao. 1481. In numerum quoque Legatorum ad exteras aulas una cum WALTERO & SCHLUPWACHTERO a Principibus Pomer. fuit adscitus. Obiit tandem anno 1483. m. Jun. v. *An- nal. L. I. p. 67.* ubi hoc ipsi tribuitur elogium: *quod fuerit optime meritus; vir doctus & expertus, fautor & procurator universitatis ma- ximus.*

## VII. PETRUS REPER.

*Rügenwaldensis Pomeranus.*

**H**ic ao. 1457. creatus Decretorum Baccalaureus. v. *Annal. cl. p. 9. & ao. 1460. LL. Doctor.* Ecclesiæ Camminensis fuit Canonicus ac Gryphiswaldensis Thesaurarius, Officialisque inter



inter Zwinam & Oderam. Curia Camminensis generalis - -  
 v. *Annal. L. I. p. 40.* Rector tandem Academiae electus ao. 1464  
 68. & 74. Cumque sequenti anno 1475. Gualterus Rectoratus  
 muneri ad motus, vitam cum morte cummutasset, eique no-  
 ster Reperus suffectus esset, hic ipse, in eadem dignitate con-  
 stitutus, sequenti die post Barthol d. 24. Sept. mortalitati debi-  
 tum soivit. v. *Annal. Lib. I. p. 48. & Lib. II. p. 37.*

### VIII. JOHANNES ELZINK.

Qvo tempore in Licentiatum vel Doctorem juris promotus  
 sit, non constat. Interim *Annal. lib. I. p. 34.* prodant, eum  
 Lectorem ordinarium in novis fuisse. Cui Facultas juri-  
 dica ao. 1461. sub Rectoratu GOTFR. de ZWINA (\*) resignavit.  
 Hoc tempore enim (uti in margine *Annal.* hic adscriptum  
 legitur) vocatio & acceptatio Professorum fuit penes Senatum  
 Academicum. Ratio, quia res Academica omnis tunc con-  
 stabat pactis privatorum. (\*\*)

(\*) Hic non fuit ex ordine Professorum, exemplo BUKOVII. v. *An. L. I. p. 34.*

(\*\*) Præter hosce jam recensitos, in classem hujus ævi Professorum juris re-  
 ferri quoque videntur

- 1) HENR. ZANKENSTEDE, hunc J. U. D. jam tempore introductionis  
 novi studii a. 1456. nomen Albo Civium professum, ut & examini IV.  
 Baccalaureorum cum Rubenovic & Loestio, cujus supra mentio facta,  
 ut examinatore inter fuisse, *Annales Acad. L. I. p. 1. & 5. pr.* quidem re-  
 ferunt, sed præter ea alium de eo in *Annalibus nostris* est silentium,  
 unde & eum privatum Doctorem, vel extraneum, e vicinia adscitum,  
 Professorem juris fuisse, non absque ratione colligo.
- 2) JOHANNES TILEMANNUS Jur. D. & Canonicus utriusque ecclesie  
 metropolitane; cujus imago in Tabula, quæ in Templo Nicolaitano  
 in loco subcelliorum Professorum affixa, quamque descriptam exhibet  
 CRAMER *sepe. c. I.* inter reliquos tunc temporis florentes Academiae  
 hujus Doctores depicta apparet. Ast nullum vestigium de eo, & quod  
 ordini Professorum unquam fuerit adscriptus, in *Annal. Acad.* deprehen-  
 do. Inde privatum potius Doctorem, Jus hic profitemem, fuisse colligo.  
 Quemadmodum & *Cram. c. I.* caute monet, plurimos, ergo non omnes,  
 horum, quorum imaginem hæc Tabula representat, Professores hujus  
 Academiae olim fuisse.

††

Jam



\* \* \* \* \*

Jam ad rem, cujus gratia hæc præmittere instituti ratio potulavit, mihi accedendum est. Prænobilissimi Dn. Candidati JOACHIMI GOTTHILFF SPARMANNI vita, pro more recepto, subjungenda restat, cujus curriculum propriis Dn. Candidati verbis, prout conceptum mihi exhibuit, subjicere placet :

Natus sum Ao. 1711. die XIII. Novembr. in pago Buchholtz, prope ad Rostochium sito; gaudens Patre JOHANNE HERMANNO SPARMANN, ejus loci Pastore ultra XLV. annos de ecclesia ibidem fideliter merito, hodieque per Dei gratiam bene merente Synodique Suanensis Seniore atque Præposito; Matre CATHARINA ELISABETHA GLÜEREN, filia beati GLÜEREN, olim Pastoris ibidem vigilantissimi. Quibus adhuc vivis, quidquid in me est ingenii, pietatis & doctrinæ, omne acceptum refero, quorumque felicitatem ut Deus T. O. M. sibi commendatam habeat, precibus ab ipso impetrabo. Domi ad XV. ætatis annum enutritus, belleque elementis latina lingua a Patre venerando imbutus, ab utroque Parentum, sub divina benedictione dimissus sum in Scholam Rostochiensem, cujus Rectoris, Domini SPRENGERI, & Conrectoris, Dni. FRIESENII solertiam atque fidelitatem per annum & dimidium in me erudiendo perpetuo predicabo. Hinc per idem temporis spatium frequentatum in Gymnasium Gustroviense, usus opera & informatione Domini RICHTERI, Rectoris ibidem celeberrimi, & Doctissimi Dni SANDOVII, Con Rectoris; quibus ducibus & Philologica & Philosophica tractare cœpi. Hoc Gymnasium cum alio permutaturus, jussu patris amicorumque auctoritate Anno 1729. Dantiscanum elegi; iterque navi conficere constitui. Cujus tamen consilii propemodum pœnas gravissimas dedissem. Navi enim



enim Regiomontum destinata impostus; summum adii vita  
 periculum; procellosa admodum tempestate ingruente; & nau-  
 fragio facto, omnibus extrema quaeque mirante; e quibus tan-  
 dem, Dei gratia, mirabiliter sum eluctatus, atque agre ad por-  
 tum Calmariensem appuli, confectis viribus omnium. Resecta  
 tandem navi post 9. hebdomades Regiomontum & denique  
 Dantiscum perveni, mense Decembr. Hic, quod benigno meo fato  
 expensum fero, interesse mihi licuit lectionibus V. C. SAM.  
 WILLENBERGII Sicilimenta sua Juris N. & G. ut & In-  
 stituta explicantis; Item Doct. & Professoris KULMII Phy-  
 sica tractantis; Denique Domini HANOVII Metaphysicam  
 tradentis. At parum ultra annum hic commoratus, patriam  
 repetere, & Academia Rostochiensis Anno 1730. nomen dare,  
 a Patre jussus fui, ibidemque initio Dn. D. VOGELIUM, Advo-  
 catum solertissimum, Institutiones atque Digesta explicantem,  
 audiui; postea vero Praeceptore V. C. JOH. ERN. FRID. MAN-  
 ZELIO, Fautore & Patrono meo singulari cultu colendo, inte-  
 grum cursum juris percurri, eumque A. 1734. feliciter absolvi.  
 Interea temporis autem Ao. 1733. Mens. Octobris, Praeside Domino  
 BECKERO, Professore Moral. & ad adem D. Nicolai Diacono fami-  
 geratissimo, dissertationem, a B. ETZARDI postea magnopere  
 impugnata, ventilandam suscepi, cui Titulus inscribitur: De  
 diverso gradu evidentiae, & obligatione LL. natura-  
 lium. Quadriennali studio Academico ita confecto, in Pomer-  
 niam demigravi, propositam conditionem aditurus. Unde de-  
 mum ea mente huc Gryphiswaldiam, post ferias Paschatos finitas,  
 veni, ut Doctoris gradum capesserem; quem in finem apud Dn.  
 Decanum, Virum doctiss. BALTHASAREM, nomen meum sum pro-  
 fessus, examini publico subeundo dissertationem publicae dis-  
 quisitioni obtuli.

Hisce



Hiscē itaque feliciter exantlatis, crastinaque die lectio-  
 nes publicas, ut dici solent cursorias, in *L. 1. ff. de do-  
 lo malo*, recitaturus, ultimam denum limam cœpto ne-  
 gotio addet, ideoque me Præsīde doctē elaboratam Di-  
 sput. inauguralem, de *Praerogativa Juris Germ. prae Jure  
 Rom. in materia de Pactis Dotalibus*, futuro die 5. Nov. publice  
 pro Cathedra defendere constituit, cui actui solenni ut  
**MAGNIFICUS DN. RECTOR, GENEROSISSIMUS  
 REG. DICASTERII DIRECTOR, VTRIVSQUE ILLU-  
 STRIS COLLEGII PROCERES, ET AMPLISSIMI  
 URBIS SENATUS, SACRIQUE REVERENDI MINI-  
 STERII PATRES; Nec non ILLUSTRIS, GENEROSA,  
 NOBILISSIMA, LECTISSIMAQUE STUDIOSORUM  
 CORONA** interfint, suaque honorifica praesentia actum hunc  
 exornent, meo & Dn. Candidati nomine summo opere contendo,  
 nunquam quae ad mutua officiorum genera exhiben-  
 da spectare videbuntur, praetermissuri.

---

P. P.

GRYPHISW. DIE IV. NOV.

ANNI OB RESTAURATIONEM ACADEMIAE

JUBILAEI SECULARIS SECUNDI.

MDCCLXXXIX.





33. Malthasar, pragm. vna Lupa dau Rwaützi quoy Criski.
34. Malthasar, pragm. vna Lupa von Cuißnast. Criski.
35. Triber, de excussione Sinistrarum, nam Sustran Cuißnast, Sustr.
36. Triber, de clausula codicillari.
37. Tresenreuter, de his qui heredes institui prohibentur.
38. Trues, de superstitionis conditoribus et propagatoribus.
39. Trues, logomactia in juris naturae doctrina.
40. Trues, de decore gentium circa belli initia.
41. Trues, de auctoritate et fide gentium et republ.  
Vam Credit dau Willhar und Kautae.
42. Tribbechovius de commerciis.
43. ——— ——— ——— ———
44. Toler, de iure stipulae civitatis Francofurtanae ad Viadrum.
45. Trier, de officio Ordinarii in academiis.
46. Troppanneger, de potestate electorum et principum imperii circa ius nobilitatis subditis suis conferendis.
47. Troppanneger, de dote non promissa praestanda.
48. Troppanneger, de momento temporis.
49. Melis, an fideicommissarius succesor rerum fidei commissariae dominus sit, proptereaque non ex venditione aut permutatione rei fidei commissae acquiritam licet fuerit, a possessore inter medio gravato, postmodum alienata nihilominus tanquam rem fidei commissae subjectam, a tertio possessore vindicare possit.



50. Helis, <sup>jure</sup> de separatione in concursu Creditorum et utrum  
hac jure in Salsatia superiori etiam post quinquennium locum  
habeat.
51. Helis, quousque parentibus licitum sit liberis suis hereditatem de-  
trahere et quid ad voluntatem parentum maxime nuncupati-  
onem probandam requiratur?
52. Helis, si quis nomen ipsum sub condit. evictiois accipiat, an  
et qualem actionem habeat accipiens, adnegat. eundem periculo exis-  
te: etc.
53. Helis, in quantum et quibus modis uxor pro marito valide se obliga-  
re queat? et quid hac in re cum primis in Salsatia superiori sit  
jurus?
54. Helis, quousque superstes conjux, altera parte defuncta, in hono-  
rum recuperatione defendi, eaque ipsi competere queat?
55. Helis, an foris cum tertio contractus beneficium divisionis  
gaudeant?
56. Hoffmann. de origine, progressu et natura juris prudentiae  
criminalis germanicae.
57. Hoffmann, de revocatione testamentorum ex juris germanici  
principiis explicata.
58. Hoffmann de coemeteriis ex urbibus tollendis, non vbiq. Salsatia  
in Gottelradus nial dau Hütten.
59. Hoffmann. de communiōis bonorum conjugum non nati-  
ra atque principiis.
60. Hoffmann, de jure separandi allodium a fundo
61. Hoffmann, de donationibus propter nuptias.
62. Hoffmann, de jure consuetudinis.
63. Hoffmann, de die ac nocte nuptiali, non vbi Salsatia  
in vbi Salsatia.




64, Hoffmann, nuptiarum secundarum tempora . in calypso  
Znit nona qua madama C<sup>te</sup> P<sup>ro</sup>nitau C<sup>te</sup>ma  
65. Hoffmann, observationes quaedam testamentarias.









TIONIBUS PROPTER NUPTIAS.

35

rente lib. 6. de bell. Gall. c. 19. proditum:  
ntas pecunias ab uxoribus dotis nomine acce-  
tis bonis, æstimatione facta, cum dotibus com-  
omnis pecunie ratio conjunctim habetur, fru-  
ter eorum vita superarit, ad eum pars utrius-  
uperiorum temporum pervenit. Si hæc testi-  
ta sunt, si nimium exigimus ab ætate, qua  
enta aut latebant, aut negligebantur, mi-  
quod non vel ex sola nativa & domestica  
um jurium, quæ in nuptiis observantur,  
nt, morum illorum rationes non ex san-  
tum, sed patriis consuetudinibus esse pe-  
ebant tot germanica nomina & verba, quæ  
niam pervenisse, aliquem somniare pos-  
debatur. Huc referenda MORGEN-  
ALITIUM, DONARIUM, GE-  
weil aliaque quæ vel ex ipso sono originis  
facile deprehendi potuissent, nisi illo tem-  
i artificio fuisset habitum, Germanorum  
ntiæ romanæ inferre & in ea primam ge-  
faciem perdere. Hæc in præsentem mate-  
nstrari possent, si liberum esset ad specia-  
& in diversam DOTIS GERMANI-  
LONUMQUE CONJUGALIIUM  
mirere. Id vero nostrum jam non pati-  
rspicientibus, quam vastus & difficilis hic  
nem paucis & angustis dissertationis aca-  
absolvere, non permittitur. Placuit in alla-  
is acquiescere, & de eo tantum, quod  
identia DONATIONEM PRO-  
TIAS appellare solet, paucis dixisse.

F I N I S.

CON.